

f Auic. lib. 3.
 Fen 14. Tract.
 1. c. 1.

vena Messaraica à μέσση & έντερον ita dicta, quod in medio intestino-
 rum sint sita, hæ ad intestina sparse optimam Chyli partem ad epa f per
 porta truncum deducunt. 7. Paulo longior cum ramo in lienem desinen-
 te consentiens in intestinum rectum derivatur.

THEOREMA V.

Vena cava ex gibbo epatis oritur, & sanguinem per totum corpus deducit & derivat.

g Auic. lib. 1.
 Fen, 1. Doctr.
 5. c. 3.
 h Vesal. de
 hum. fab. lib.
 3. c. 6.
 i Laur. lib. 4.
 cap. 5.

Venam porta sequitur alia que cava dicitur, non ideo
 quod relique vena essent, solida, sed quia hæc propter nutrimenti
 grossitiem & maiorem obtinet cavitatem: alii quoque alia, ut re-
 fert Vesalius h & Laurentius, i huic imposuere nomina: à Grecis
 enim modò κόιλη, modò μεγάλη, modo cum porta σελεχιαία; item ήπα-
 τική vocitata est: Latinis verò cava, magna, iecoraria, rarius quoque
 vena caudicis nuncupata legitur. Officium huius est maximè necessa-
 rium, singulis enim desideratam largitur partem sanguinis, &
 ut hoc fieri possit, provida rerum natura in singulis membris innumeras
 ferè venulas, que capillares dicuntur, huic comparavit.

THEOREMA VI.

a. Avic. Fen.
 1. li. 1. doctri.
 5. c. 3. & Fer-
 nel. de huma-
 ni part. lib. 1.
 c. 11.

Cavam hanc pleriq; in rãnum ascendentem a,
 qui sursum versus caput tendit, & descendentem qui
 deorsum versus pedes vergit, diviserunt. A-
 scendens rursus quatuor primarios emittit ra-
 mos, Venam nimirum cordis, Venam thoracis, brachij
 Venam, & capitis.

b Auic. loco cõ-
 tato. & Gale.
 & Haly. 13. a.
 nim. c. 18. &
 Vesalius de
 hum. fabr. li.
 3. c. 7.

Primum ramum, quem cordis esse volunt medici, b sagax na-
 tura opifex per auriculam dextram, & membranas triscuspides cordi al-
 ligavit, ut non tantum cor nutriret & spiritus formaret, verum etiam
 ut pulmonem sustentaret. Non procul hinc ramus oritur αζυγος dictus,
 omnis coniugii expers, solus enim egreditur ad vertebrarum corpora, &
 ad thoracem extremum, & rursus octo surculis fruticatur, qui non mi-
 nus in sinistram quàm in dextram feruntur partem, quo sanguinem vi-
 cine partes arripere queant.

Secundus thoracis est, quem omniparens natura iuxta vertebra-
 rum corpora reflexum voluit, quo pectus mammasq; nutriret. Hic ali quo
 modo